33. Les héritiers sont ou institués, ou substitués; les institués sont ceux qui ont été institués en premier degré, les substitués sont ceux qui ne l'ont été qu'en second degré, et tous autres successivement

inscrits après eux, ainsi que dans cette formule : *Titius soyez mon héritier, et acceptez dans les cent jours les plus prochains de celui où vous aurez su être ou pu être héritier ; si vous n'acceptez, ne soyez pas mon héritier. Dans ce cas, Mævius soyez mon héritier, et acceptez dans le même nombre de jours, etc.* Et ainsi de suite on peut successivement substituer.

34. La condition sous laquelle l'institution a eu lieu étant imparfaite, telle que si elle ne porte pas ces mots : *si vous n'acceptez pas, ne soyez pas mon héritier* ; mais bien ceux-ci : *si vous n'acceptez pas, alors Mævius soyez mon héritier* ; dans ce cas, si le premier nommé accepte, il exclut le second ; s'il n'accepte pas, le substitué n'est pas héritier, il n'est que gérant pour l'héritier ; cependant il a été ordonné par l'empereur Marcus que dans le cas où, selon le droit ancien, le substitué ne devait être que gérant pour l'héritier, il serait héritier pour moitié, et que s'il n'acceptait pas et refusait de gérer pour l'héritier, il serait lui-même exclu, et le substitué suivant, héritier pour moitié.

### TITRE XXIII.

*Quand et comment les testamens sont infirmés.*

1. **T**OUT testament régulier peut être infirmé de deux manières ; il peut être rompu, ou devenir nul.

2. Testament est rompu, 1<sup>o</sup>. par changement, c'est-à-dire, lorsqu'il en a été fait un second régulier ; 2<sup>o</sup>. par survenance, c'est-à-dire, s'il naît un héritier légitime qui n'ait pas été institué héritier ni déshérité ainsi qu'il convient.

3. Il y a survenance d'héritier légitime ou par naissance, ou par adoption, ou par mariage, ou par représentation d'héritier légitime, ainsi qu'il arrive à l'égard du petit-fils, son père étant décédé, ou encore par émancipation ou libération de la puissance paternelle ; c'est-à-dire lorsque le fils ayant été émancipé une première ou une seconde fois est retombé sous la puissance de son père.

*bus proximis centum quibus scies, poterisque. Nisi ita creveris, exheres esto : tunc Mævius heres esto, cernitoque in diebus, et reliqua.* Similiter et deinceps substitui potest.

§. 34. Si sub imperfectam conditionem heres institutus sit, id est, non adjectis his verbis, *si non creveris exheres esto* : sed ita, *si non creveris, tunc Mævius heres esto* : cernendo quidem, superior inferiorem excludit : non cernendo autem, sed pro herede gerendo, in partem admittit substitutum. Sed postea divus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo, ex asse fiat heres. Quod si neque creverit, neque pro herede gesserit, ipse excluditur, et substitutus ex asse fit heres.

### TITULUS XXIII.

*Quemadmodum testamenta rumpuntur.*

§. 1. **T**ESTAMENTUM jure factum infirmatur duobus modis, si ruptum aut irritum factum sit.

§. 2. Rumpitur testamentum mutatione, id est, si postea aliud testamentum jure factum sit : item agnatione, id est, si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet exheredatus sit.

§. 3. Adnascitur suus heres, aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in locum sui heredis succedendo : velut nepos mortuo filio, vel emancipato : aut manumissione, id est, si filius ex prima secundave mancipatione manumissus, reversus sit in patris potestatem.



§. 4. Irritum fit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si jure factio testamento nemo extiterit heres.

§. 5. Si is qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum ejus valet : si quidem reversus fuerit, jure postliminii, si non ibi decesserit, ex lege Cornelia, quæ perinde successionem ejus confirmat, atque si in civitate decessisset.

§. 6. Si septem signis testium signatum testamentum, licet jure civili ruptum vel irritum factum sit, prætor scriptis heredibus juxta tabulas honorum possessionem dat, si testator et civis Romanus, et suæ potestatis cum moreretur, fuit, quæ honorum possessio cum re, id est, cum effectu habetur, si nemo alius jure heres sit.

§. 7. Liberis impuberibus in potestate manentibus tam natis quam posthumis, heredes substituere parentes possunt duplici modo : id est, aut eo quo extraneis, ut si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat ; aut proprio jure, id est, si post mortem parentis heredes facti intra pubertatem decesserint substitutus heres fiat.

§. 8. Etiam exheredatis filiis substituere parentibus licet.

§. 9. Non aliter impuberi filio substituere quis heredem potest, quam si sibi quis heredem institueret, vel ipsum filium, vel quemlibet alium.

§. 10. Milites quomodocunque fecerint testamenta, valent, id est, etiam sine legitima observatione. Nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quomodocunque vellent, quomodocunque possent, testari. Idque testamentum quod miles contra juris regulam fecit, ita demum valet, si vel in castris mortuus sit, vel post missionem intra annum.

4. Un testament est nul, si le testateur a depuis passé sous la puissance d'autrui, ou si ayant le droit de tester et ayant testé, aucun des inslitués n'a voulu être héritier.

5. Si celui qui a fait son testament est depuis pris par les ennemis, son testament est bon par droit de retour, s'il en revient ; ou, s'il n'en revient pas, il est également bon, en vertu de la loi Cornélienne, qui veut qu'il en soit alors de sa succession comme s'il était mort dans la ville.

6. Le préteur envoie, conformément au testament, les héritiers inscrits en possession des biens du testateur qui était citoyen Romain, et ne dépendant que de lui lorsqu'il est mort, quand même le testament serait nul, pourvu que le testament ait été scellé des cachets de sept témoins ; c'est-à-dire qu'un tel testament s'exécute, si personne n'est de droit héritier du défunt.

7. Il y a deux manières de substituer des parens à ses enfans impubères étant en notre puissance, déjà nés ou posthumes ; on le peut comme s'ils étaient étrangers, de sorte que le substitué ne soit héritier que dans le cas où aucun des enfans héritiers n'existerait : le testateur le peut aussi, de droit pur et simple, en disposant qu'au cas où les parens devenus héritiers décéderaient eux-mêmes en puberté, leur substitué devienne héritier.

8. Dans le cas d'exhérédation des fils, et les autres parens étant héritiers, on peut substituer.

9. Il n'est permis de substituer aucun autre héritier à la place de son fils impubère, qu'en l'instituant lui-même ou tout autre pour héritier.

10. Testamens de soldats sont bons, de quelque manière qu'ils aient été faits, selon les règles ou non. Il leur est permis par les constitutions impériales de tester comme ils veulent et où ils peuvent ; le testament d'un militaire étant contre toutes règles vaut s'il meurt à l'armée, ou dans l'an de son retour.

## TITRE XXIV.

*Des legs.*

1. **L**EGS est ce qu'on choisit, ou plutôt ce qu'on laisse impérativement par testament ; ce qu'on laisse en priant de donner est fidéicommiss.

2. On peut léguer de quatre manières : par saisine, par ordre de donner, ou de laisser prendre, ou par prélèvement.

3. On lègue par saisine en ces termes : *Je donne, je lègue ; enlevez, prenez, ou ayez.*

4. Par ordre de donner, en disant : *Mon héritier, vous vous engagez à donner, donnez, faites, ou j'ordonne à mon héritier de donner.*

5. Par ordre de laisser prendre, par ces mots : *Mon héritier, vous vous engagez à laisser prendre à Titius telle chose, ou à la lui laisser posséder.*

6. Par prélèvement, ainsi : *Titius Lucius, prenez d'abord cette chose.*

7. On peut léguer par saisine tout ce dont on est propriétaire, ou tout ce dont on était propriétaire du droit de citoyen Romain, soit lorsque le testament a été fait, soit à sa mort, excepté cependant ce qui se compte, se mesure ou se pèse. A l'égard de ces sortes de choses, le legs vaudra, si nous les possédions du même droit à l'instant du décès.

8. On peut léguer par ordre de donner, toutes sortes de choses, et même quoi- qu'elles n'appartiennent pas au testateur ; il suffit qu'elles soient de nature à pouvoir être données.

9. L'homme libre, ce qui appartient au peuple, aux temples, ou au culte, ne peut être légué par ordre, parce qu'on ne peut donner rien de tout cela.

10. On peut léguer par ordre de laisser prendre, tout ce qui appartient au testateur et même à l'héritier.

11. Par prélèvement, tout ce qu'on peut léguer par saisine. S'il a été légué par saisine une chose qui n'ait pas appartenu du droit de citoyen Romain, au testateur, dans les deux tems ci-dessus indiqués, le legs ne vaut pas de droit civil, mais il

## TITULUS XXIV.

*De Legatis.*

§. 1. **L**EGATUM est, quod legis modo, id est, imperativè, testamento relinquuntur. Nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.

§. 2. Legamus autem quatuor modis, per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem.

§. 3. Per vindicationem his verbis legamus, *do, lego ; capito, sumito, sive habeto.*

§. 4. Per damnationem his verbis : *heres meus damnas esto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo.*

§. 5. Sinendi modo ita, *heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibi que habere.*

§. 6. Per præceptionem sic, *Lucius Titius illam rem præcipito.*

§. 7. Per vindicationem legari possunt res quæ utroque tempore ex jure Quiritium testatoris fuerunt, mortis, et quando testamentum faciebat : præterquam si pondere, mensura, numero contineantur : in his enim satis est, si vel mortis duntaxat tempore fuerint ex jure Quiritium.

§. 8. Per damnationem omnes res, legari possunt, etiam quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint, quæ dari possint.

§. 9. Liber homo, aut res populi, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari potest : quoniam dari non potest.

§. 10. Sinendi modo legari possunt res propriæ testatoris et heredis ejus.

§. 11. Per præceptionem legari possunt res, quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ non fuit utroque tempore testatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata sit, licèt jure civili non valeat legatum, tamen senatusconsulto Neroniano

firmatur : quo cautum est, ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit ac si optimo jure legatum esset.

§. 12. Optimum autem jus legati per damnationem est, si duobus eadem res per vendicationem legata sit : si quidem disjunctim, singulis partes debentur : si verò conjunctim, velut *Titio et Seio, hominem Stichum do, lego*, jure civili concursu partes fiebant. Non currente altero pars ejus alteri aderescebat. Sed post legem Papiam Popeam, non capientis pars caduca fit.

§. 13. Si per damnationem eadem res duobus legata sit, siquidem conjunctim, singulis partes debentur, et non capientis pars, jure civili in hereditatem remanebat, nunc autem caduca fit : quod si disjunctim, singulis solidum debetur.

§. 14. Optione autem legati, per vendicationem data, legatarii electio est, veluti, *hominem optato, eligito*. Idemque est, et si generaliter legaverim *Titio hominem, at si ita heres meus damnas esto* hominem dare, heredis electio est quem velit dare.

§. 15. Ante heredis institutionem legari non potest : quoniam et potestas testamenti ab heredis institutione incipit.

§. 16. Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari videatur : quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis tempus legari potest : velut *cùm heres moriatur*.

§. 17. Pœnæ causa legari non potest. Pœnæ autem causa legatur : quod coërcendi heredis causa relinquitur, ut faciat quidem aut non faciat, non ut legatum pertineat : utputa hoc modo, *si filiam tuam in matrimonio Titio conlocaveris,*

vaudra par le sénatus-consulte Néronien, qui veut que le legs irrégulier, quant à la formule dont on s'est alors servi, soit considéré comme régulier.

12. Dans le cas où une seule et même chose a été léguée par saisine à deux personnes, il faut considérer le legs comme ayant été fait par ordre de la leur donner. Si le legs a été fait à chacun nommément, ils y auront chacun leur part déterminée, indépendante, si le legs leur avait été fait en commun ; s'il avait été dit, par exemple, *je donne ou je lègue Stichus à Titius et Séius*, chacun avait autrefois de droit civil sa part ; si l'un des deux renonçait, la sienne profitait à celui qui acceptait : il n'en est plus de même aujourd'hui, la part de celui qui renonce est caduque, aux termes de la loi Papia Popéa.

13. Si une même chose a été léguée par ordre de donner, à deux en même tems, et que le legs ait été fait en masse pour tous deux, ils y ont chacun leur part. Autrefois, lorsque l'un d'eux y renonçait, sa part accroissait de droit à la succession ; actuellement la part refusée devient caduque. Si le legs leur a été fait séparément, ils doivent avoir chacun le leur.

14. Lorsqu'un legs a été fait par saisine et que le choix a été donné au légataire, c'est à lui seul qu'il appartient, comme dans ce cas : *Choisissez l'homme que vous voudrez*. Si, au contraire, il a été en général légué à *Titius un homme*, ou bien, *j'ordonne à mon héritier de donner un homme*, alors le choix appartient à l'héritier. Il peut donner celui qu'il veut.

15. On ne peut faire aucun legs qu'après avoir institué un héritier. La validité du testament a pour base l'institution d'héritier.

16. On ne peut pas léguer depuis la mort de l'héritier ; il est contraire au droit civil de léguer par l'héritier de l'héritier ; on peut léguer au tems de la mort de l'héritier, c'est-à-dire, à l'instant même de sa mort.

17. On ne peut léguer à charge d'aucune peine. Or il y a charge de peine au legs, lorsqu'on en a imposé une pour forcer l'héritier à faire ou ne pas faire, et sans qu'elle fasse partie d'un legs, ainsi que dans ce cas : *Si vous parvenez à marier*  
votre

votre fille à Titius, donnez dix mille à Séius.

18. On ne peut léguer qu'à personnes certaines et bien désignées, et non pas ainsi : *A quiconque aura marié sa fille avec mon fils, donnez tant de mille.* On peut cependant léguer à personne inconnue, si elle est suffisamment désignée, ainsi que dans ce cas : *Je veux que mon héritier donne telle chose à celui de mes parens qui se sera rendu le premier pour mes funérailles.*

19. Legs fait sous fausse désignation ou par fausse énonciation, n'en est pas moins valable. Il y a fausse énonciation dans le cas où l'on a dit : *Je donne, je lègue à Titius le fonds que j'ai acheté de Titius,* quoiqu'on ne l'ait pas acheté de lui. Il y a fausse cause lorsqu'on a dit : *Je donne ou lègue à Titius, pour avoir fait mes affaires,* quoiqu'il ne les ait jamais faites.

20. On ne peut léguer par l'entremise d'un légataire.

21. Legs ne peut être délivré que par héritier lui-même ; c'est pour cela qu'il ne peut être légué ni par le père ni par le maître au fils de famille, ou à l'esclave institué héritier.

22. On ne peut rien léguer de son chef à l'héritier.

23. On peut léguer à celui qui est en la puissance, dans la main ou pouvoir de l'héritier institué, sous la condition qu'il fera en sorte de n'être plus en même situation au jour que le legs devra lui être délivré.

24. On peut faire un legs à celui qui se trouve en la puissance, dans la main ou au pouvoir de l'héritier institué.

25. On peut léguer ou par partie, ou en masse ; lorsqu'on aura dit : *Mævius, mon héritier, partagez, divisez ma succession entre vous et Titius,* la moitié de la succession sera censée avoir été léguée. On peut aussi ne léguer qu'en partie, telle que le tiers ou le quart, c'est ce qu'on appelle partage de succession.

26. On peut de droit civil léguer l'usufruit de toute chose dont on peut jouir ou se servir sans en altérer la substance et d'une seule ou de plusieurs, c'est-à-dire, par portions.

§. 18. *Incertæ personæ legari non potest : veluti, quicumque filio meo filiam suam in matrimonio collocaverit, ei homini tot millia dato.* Sub certa tamen demonstratione incertæ personæ legari potest : velut, *ex cognatis meis qui nunc sunt, qui primo ad funus meum venerit, ei heres meus illud dato.*

§. 19. *Neque ex falsa demonstratione, neque ex falsa causa legatum infirmatur. Falsa demonstratio est, velut, Titio fundum, quem à Titio emi, do, lego, cum is fundus à Titio emptus non sit. Falsa causa est, velut, Titio, quoniam negotia mea curavit, fundum, do, lego, ut negotia ejus nunquam Titius curasset.*

§. 20. *A legatario legari non potest.*

§. 21. *Legatum ab eo tantum dari potest, qui ex sua persona heres est. Ideoque filiofamiliaæ heredi instituto, vel servo, neque à patre, neque à domino legari potest.*

§. 22. *Heredi à semetipso legari non potest.*

§. 23. *Ei qui in potestate, manu, mancipiove est scripti heredis, sub conditione legari potest : ut requiratur, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.*

§. 24. *Ei cujus in potestate, manu, mancipiove est heres scriptus, legari non potest.*

§. 25. *Sicut singulæ res legari possunt, ita universarum quoque summa legari potest : utputà, Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito, dividito : quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem et alia pars, velut tertia vel quarta legari : quæ species partitio appellatur.*

§. 26. *Ususfructus jure civili legari potest earum rerum, quarum salva substantia utendi fruendi potest esse facultas, et tam singularium rerum, quam plurium, id est, partium.*

§. 27. Senatusconsulto cautum est, ut etiamsi earum rerum, quæ in abusu continentur, utputâ vini, olei, tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradantur cautionibus interpositis, de restituendis eis, cum ususfructus ad legatarium pertinere desierit.

§. 28. Civitatibus omnibus, quæ sub imperio prætoriani sunt, legari potest: idque à divo Nerva introductum, postea à senatu, auctore Adriano, diligentius constitutum est.

§. 29. Legatum quod datum est, adimi potest, vel eodem testamento, vel codicillis testamento confirmatis: dum tamen eodem modo adimatur, quomodo datum est.

§. 30. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si jam die legatorum cedente, legatarius decesserit.

§. 31. Legatorum quæ purè vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem jure, ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Popæam, ex apertis tabulis testamenti: eorum verò quæ sub conditione relicta.

§. 32. Lex Falcidia jubet, non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans integer apud heredem remaneat.

§. 33. Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

## TITULUS XXV.

### De Fideicommissis.

§. 1. **F**IDEICOMMISSUM est, quod non civilibus verbis, sed precativè relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

§. 2. Verba fideicommissorum in usu ferè sunt hæc, *fideicommitto, peto, volo dari*, et similia.

§. 3. Etiam nutu relinquere fideicommissum in usu receptum est.

27. Le sénatus-consulte ordonne que, lorsque l'usufruit sera d'objets qui se consomment, tels que vin, huile ou blé, le légataire n'en puisse être mis en possession qu'après avoir fourni caution de les rendre lors de la cessation de l'usufruit.

28. On peut faire son testament dans toute ville gouvernée par un préteur. C'est l'empereur Nerva qui a d'abord posé cette règle; elle a été depuis confirmée par décret du sénat, rendu sur la réquisition de l'empereur Adrien.

29. Le legs qui a été fait peut être révoqué, soit par un même testament, soit par codicille confirmé par testament, et pourvu toutefois qu'on l'ôte en suivant la même forme qu'on avoit employée pour le faire.

30. Les legs ne passent aux héritiers du légataire, qu'autant que ce légataire auroit dû en avoir eu délivrance avant son décès.

31. Legs pur et simple, ou dont le jour de délivrance est indiqué, est dû, de droit antique, du jour de la mort du testateur. Les legs faits à cause de mort ne sont dus, d'après la loi Papia Popéa, qu'à dater de l'ouverture du testament.

32. Dans tous les cas tout testateur ne peut léguer que les neuf douzièmes ou les trois quarts de son bien, il doit toujours en rester trois douzièmes ou le quart à l'héritier.

33. Legs payés par erreur ne peuvent être répétés.

## TITRE XXV.

### Des fidéicommiss.

1. **F**IDÉICOMMISS est ce qu'on laisse par prière et non d'ordre civil, c'est-à-dire ce qui n'est pas laissé en conséquence du droit de citoyen, mais par pure et simple volonté de celui qui laisse.

2. Les termes les plus en usage pour fidéicommiss, sont: *Je commets à la foi, je recommande de donner, je veux qu'il soit donné*, et autres semblables.

3. Il est reçu qu'on peut faire un fidéicommiss par simple signe.

4. Tous ceux qui peuvent tester peuvent faire un fidéicommiss, quand même ils n'auraient pas fait leurs testamens. Celui qui meurt sans avoir fait un testament, peut alors laisser un fidéicommiss.

5. On peut laisser par fidéicommiss tout ce qu'on peut léguer par ordre.

6. Fidéicommiss peuvent être en faveur de ceux auxquels on ne peut léguer.

7. Les Latins Juniens peuvent profiter de fidéicommiss, quoiqu'ils ne puissent recevoir aucun legs.

8. On peut laisser un fidéicommiss par institution d'héritier, ou après la mort de l'héritier, et même par codicille non appuyé de testament, tandis qu'il est défendu de faire aucun legs de l'une ou l'autre de ces manières.

9. Fidéicommiss écrit en grec est valable, quoique legs écrit dans cette langue ne le soit pas.

10. On peut fidéicommettre à un fils encore en la puissance de son père, ou à un esclave, déjà institués héritiers ou légataires, quoiqu'on ne puisse rien léguer par leur moyen.

11. Qui a été institué héritier par testament, peut être prié par codicille même non confirmé, de remettre toute ou partie d'une succession à un autre, quoiqu'il ne puisse être régulièrement institué héritier par aucun codicille.

12. Les fidéicommiss ne se réclament pas, ainsi que les legs, par formule antique. A Rome, c'est aux consuls ou au préteur qui est fidéicommissaire, à en connoître. Dans les provinces, c'est à leurs présidens qu'il faut en faire la demande.

13. On ne peut imposer aucune condition à fidéicommiss laissé à personne certaine ou incertaine.

14. Qui a été chargé de remettre une succession, la loi Falcidie ne pouvant y avoir aucune application, parce qu'il n'aurait pas été chargé d'en remettre plus que les trois quarts, la remet en vertu du sénatus-consulte Trébellien, afin que celui auquel elle a été remise en exerce les droits et en supporte les charges. Lorsqu'on peut recourir à la Falcidie, soit parce qu'on

§. 4. Fideicommissio relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestato quis moriturus, fideicommissum relinquere potest.

§. 5. Res per fideicommissum relinquere possunt, quæ etiam per damnationem legari possunt.

§. 6. Fideicommissa dari possunt his, quibus legari non potest.

§. 7. Latini Juniani fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint.

§. 8. Fideicommissum et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codicillis, etiam non confirmatis testamentum, dari potest, licet legari non possit.

§. 9. Item græce fideicommissum scriptum valet, licet legatum græce scriptum non valeat.

§. 10. Filio qui in potestate est, servove heredibus institutis, seu his legatum sit, patris vel domini fideicommissi potest, quamvis ab eo legari non possit.

§. 11. Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest; vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii restituat, quamvis directò heres institui ne quidem confirmatis codicillis possit.

§. 12. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata: sed cognitio est Romæ quidem consulum, aut prætoris, qui fideicommissarius vocatur: in provinciis verò, præsidum provinciarum.

§. 13. Pœnæ causa certæ vel incertæ personæ ne quidem fideicommissa dari possunt.

§. 14. Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus putâ quàm dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano senatusconsulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus quàm dodrantem, vel etiam totam hereditatem resti-

tuere rogatus sit, ex Pegasiano senatusconsulto restituit, vel deducta parte quarta, ipse qui scriptus est heres, hereditatem restituit, et in ipsum actiones conserventur, is autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur.

§. 15. Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda et incommoda hereditatis communicantur. Inter heredem, et eum cui reliquæ partes restitutæ sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. Partis autem et pro parte stipulationes propriè dicuntur, quæ de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium parliarium, id est, cum quo parlitus est heres.

§. 16. Si heres damnosam hereditatem dicat, cogetur à prætore adire et restituere totam, ita ut ei et in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset : idque ut ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum.

§. 17. Si quis in fraudem tacitam fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere senatus censuit : nec caducem vindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

§. 18. Libertas dari potest per fideicommissum.

## TITULUS XXVI.

### *De legitimis heredibus.*

§. 1. **I**NTESTATORUM ingenuorum hereditates pertinent, primùm ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, cæterosque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres et sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos adgnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiæ : id enim cautum est lege duodecim tabularum hac.

a été prié de rendre toute la succession ou plus des trois quarts, on peut la remettre en entier, en conséquence du sénatus-consulte Pégasienien, ou ne la remettre qu'en retenant la quarte ; l'héritier, l'institué pour restituer, est sujet aux charges ; celui auquel la succession a été remise, n'est réputé être que légataire.

15. Une succession ayant été rendue en conséquence du sénatus-consulte Pégasienien, l'utile et l'onéreux profite, et est supporté par celui à qui on a restitué, et par l'héritier, en proportion de ce qu'ils ont eu chacun. Ceci s'applique aux gains et aux pertes qui se supportent par l'héritier ou le légataire, par celui avec lequel l'héritier a partagé, selon ce qu'il a eu.

16. Si l'héritier prétend que la succession n'est qu'onéreuse, il doit être forcé par le préteur de l'accepter et de la restituer, de façon qu'on ait également action et contre lui et contre le fidéicommissaire, comme si elle n'avait été remise qu'en vertu du sénatus-consulte Trebellienien. C'est ce qui est précisément ordonné par le sénatus-consulte Pégasienien.

17. Lorsque celui qui a été chargé d'un fidéicommiss fait en sorte, par fraude et sourdes insinuations, de ne pas restituer, le sénatus-consulte ne veut pas qu'il puisse retenir le quart, ni que ce quart puisse être confisqué s'il a des enfans.

18. On peut donner la liberté par fidéicommiss.

## TITRE XXVI.

### *Des héritiers légitimes.*

1. **L**ES successions des personnes de condition libre, décédées *ab intestat*, appartiennent d'abord aux héritiers du sang, c'est-à-dire à leurs enfans étant encore en leur puissance, et à tous autres représentans les mêmes enfans. S'il n'existe pas d'héritiers légitimes, la succession appartient aux consanguins, c'est-à-dire aux frères et sœurs du même père ; s'il n'en existe pas non plus, elle appartient aux agnats les

plus proches, c'est-à-dire aux parens du sexe masculin descendans par mâles de mêmes père et mère; c'est ce que veut absolument la loi des douze tables. *Si quelqu'un décède intestat (sans avoir testé), ne laissant aucun héritier légitime, sa succession appartient à son plus proche parent agnat.*

2. Si le décédé laisse un fils et un petit-fils, ou plusieurs d'un second fils qui serait décédé avant lui, la succession leur appartient à tous, non pour être divisée entre eux par tête, mais par souches; de sorte que le fils ait à lui seul la moitié de la succession, et chacun des petits-fils une part égale dans l'autre moitié. Il est juste que les petits-fils succèdent en place de leur père, et prennent la part qu'il aurait eu s'il ne fût pas mort avant.

3. Tant qu'on peut croire qu'une succession sera recueillie par un de ses enfans, les parens n'y ont aucun droit. Tel est le cas où le défunt laisse sa femme enceinte, ou meurt pendant la captivité de son fils chez l'ennemi.

4. Les successions des agnats se partagent par têtes, de sorte que si de deux frères, l'un n'a laissé qu'un fils et l'autre deux ou plus d'enfans, on fait autant de parts qu'il y a de personnes, pour que chacun en ait une égale, quel que soit d'ailleurs le nombre des enfans d'un côté ou d'autre.

5. S'il existe plusieurs agnats au même degré, et que quelques-uns ne veuillent pas de la succession, ou soient eux-mêmes décédés avant de l'avoir acceptée, leurs parts accroissent à ceux qui l'ont acceptée. Si aucun ne l'a acceptée, elle ne passe pas de droit au degré ensuivant, parce qu'en hérédité légitime on ne représente pas celui auquel elle était échue.

6. Aucune succession n'appartient aux femmes, si ce n'est celle de consanguinité; ainsi la sœur est héritière légitime de son frère ou de sa sœur.

7. D'après la loi des douze tables, la succession de mère mourante *ab intestat* n'appartient pas à ses enfans, parce que les femmes n'ont pas d'héritiers nécessaires; mais il a été depuis décrété, sur la propo-

*Si intestato moritur, cui suus heres nec extabit, adgnatus proximus familiam habeto.*

§. 2. Si defunctus sit filius ex altero filio mortuo, jam nepos unus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non ut in capita dividatur, sed ut in stirpes, id est, ut filius solus mediani partem habeat, et nepotes quotquot sunt alteram dimidiam. *Æquum est enim nepotes patris sui loco succedere, et eam partem habere, quam pater eorum si viveret, habiturus esset.*

§. 3. Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est: velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit.

§. 4. Adgnatorum hereditates dividuntur in capita, veluti si sit fratris filius, et alterius fratris duo pluresve liberi: quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

§. 5. Si plures eodem gradu sunt agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint decesserint, eorum pars ad crescit his qui adierint. Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur: quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

§. 6. Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima heres fit.

§. 7. Ad liberos matris intestatæ hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat: quia feminae suos heredes non habent. Sed postea imperatorum Antonini et Commodi oratione in senatu recitata,



id actum est, ut sine in manu conventionē, matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, et reliquis agnatis.

§. 8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet: sed si jus liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex senatusconsulto Tertulliano, si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessionem à præfere vocatur: neque pater ad quem lege hereditas, bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. Quòd si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere jubetur hereditas.

## TITULUS XXVII.

*De libertorum successionibus vel bonis.*

§. 1. LIBERTORUM intestatorum hereditas primùm ad suos heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni.

§. 2. Si sit patronus, et alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet.

§. 3. Item patroni filius patroni nepotibus obstat.

§. 4. Ad liberos patronorum, hereditas defuncti pertinet, ut in capita, non in stirpes dividatur.

§. 5. Legitimæ hereditatis jus, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitibus minutione amittitur.

sition qui en a été faite par les empereurs Antonin et Commode, que, quoique les fils n'aient aucun droit dans les successions de leur mère, elles leur appartiendraient pourtant, à l'exclusion des frères et sœurs et autres agnats des défunes.

8. L'hérédité du fils *intestat* n'appartient pas à sa mère, ainsi l'a décidé la loi des douze tables; mais si elle jouit du droit de la maternité, c'est-à-dire, si étant de condition libre, elle a trois enfans, ou affranchie, quatre, elle est son héritière légitime, d'après ce que porte le sénatusconsulte Tertullien. Si le fils n'a ni enfans, ni père, ni frère consanguin (de mêmes père et mère), à qui la possession de ses biens ou son hérédité appartient, conformément à la loi, le préteur peut mettre en possession de ses biens celui de ses autres héritiers qu'il trouvera bon; mais s'il a une sœur consanguine, c'est à elle que doit appartenir sa succession, de l'une et de l'autre autorité.

## TITRE XXVII.

*Des successions et des biens des affranchis.*

1. LA succession des affranchis appartient d'abord à leurs héritiers légitimes, et à défaut à ceux qui les ont affranchis; tels que leurs patrons, leurs patrones, ou les enfans de l'un et de l'autre.

2. Si de deux patrons il en existe un et seulement le fils de l'autre, la succession de l'affranchi appartient seulement au patron.

3. Il en est de même à l'égard des petits-fils d'un patron, le fils de l'autre les exclut.

4. L'hérédité d'un affranchi appartenant aux enfans de son patron, ne se partage entre eux que par têtes et non par souches.

5. Le droit de succession provenant de la loi des douze tables se perd par le moindre changement dans son état civil.

## TITRE XXVIII.

*De ceux qui peuvent être envoyés en possession.*

1. **L'**ENVOI en possession des biens d'un défunt s'adjuge contre la teneur du testament, ou faute d'en avoir fait un.

2. On envoie, contre la teneur du testament, les enfans en possession des biens d'un défunt lorsqu'ils ont été émancipés et passés dans le testament, et quoique l'hérédité ne leur appartienne pas légitimement.

3. L'envoi en possession a lieu contre la teneur du testament au profit des enfans tant naturels qu'adoptifs, même au profit de ceux qui sont émancipés; pas à ceux qui se trouvent en famille adoptive, mais aux seuls enfans adoptés qui sont restés sous la puissance du père.

4. L'envoi en possession des enfans émancipés a lieu de l'autorité de l'édit, lorsqu'ils peuvent prouver, à l'égard de leurs grand-pères, que ceux-ci étaient dans l'intention de leur passer les biens dont ils étaient demeurés possesseurs depuis la mort de leur père.

5. Les héritiers écrits au testament ne sont envoyés en possession que lorsqu'il ne se présente personne de ceux qui ont le droit de requérir l'envoi en possession contre la teneur du testament, ou lorsque tous l'ont refusé.

6. Quand même le testament pourrait ne pas valoir selon la loi civile, parce qu'il ne porterait ni vente ni délivrance des biens, pourvu qu'il ait été cacheté des signatures de sept témoins citoyens Romains, il y a lieu à envoi de possession.

7. L'envoi en possession des biens d'un *intestat* a lieu au profit de sept degrés: au premier degré sont les enfans; au second, les autres héritiers légitimes; au troisième, les parens les plus proches; au quatrième, les femmes; au cinquième, le patron, la patronne ou leurs enfans; au sixième, le mari, la femme; au septième, les parens de celui qui a affranchi, auxquels il est permis, par la loi Furia, de laisser plus de mille as. S'il n'existe aucun de ceux ci-

## TITULUS XXVIII.

*De possessionibus dandis.*

§. 1. **B**ONORUM possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut adversus tabulas intestati.

§. 2. Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis testamento præteritis, licet legitimo non ad eos pertineat hereditas.

§. 3. Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus, quam adoptivis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen et illis, qui in adoptiva familia sunt. Adoptivis autem, his tantum, qui in potestate manserunt.

§. 4. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere patribus suis qui in potestate manserunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturos.

§. 5. Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus; scilicet si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere velit.

§. 6. Etiamsi jure civili non valeat testamentum, fortè quòd familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit; si signatum testamentum sit, non minus quàm septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

§. 7. Intestati datur bonorum possessio per septem gradus. Primo gradu liberis: secundo legitimis heredibus: tertio proximis cognatis: quarto familiæ: quinto patrono, patronæ, liberisve patroni, patronæ: sexto viro uxori: septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Et si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit: aut si quidem, sed jus suum omiserit: populo bona deferuntur ex lege Julia ca-

ducaria.

§. 8. *Liberis honorum possessio datur, tam his qui in potestatem usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis : item adoptivis, non tamen etiam in adoptione datis.*

§. 9. *Proximi cognati honorum possessionem accipiunt, non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminuti. Nam licet legitimum jus agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.*

§. 10. *Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt : cæteris intra centum dies.*

§. 11. *Qui omnes intra id tempus si non petierint bonorum possessionem sequens gradus admittitur : perinde ac si superiores non essent. Idque per septem gradus fit.*

§. 12. *Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio prætoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est : in quibus heredes esse finguntur.*

§. 13. *Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re, si is qui accepit, cum effectu bona retineat : sine re, quum alius jure civili evincere hereditatem possit : veluti si suus heres intestati, bonorum possessio sine re est, quoniam suus heres evincere hereditatem jure legitimo possit.*

dessus indiqués ayant droit à l'envoi en possession des biens d'un défunt, ou s'il y avait déchéance de droit, les biens appartiendront au peuple, aux termes de la loi Julia, concernant la caducité des testaments.

8. L'envoi en possession s'obtient aussi bien par les enfans émancipés que par les enfans qui sont restés sous la puissance du père jusqu'à sa mort. Les enfans adoptifs ont aussi le droit de requérir cet envoi pour eux ; mais les adoptés par une autre famille ne l'ont pas.

9. Les proches parens maternels sont envoyés en possession, soit qu'ils descendent des femmes, ou des hommes ayant perdu leurs droits civils ; car quoique la perte de leurs droits civils ait eu lieu, cependant ils ne sont pas moins parens par droit de nature.

10. Les enfans et les parens sont envoyés en possession dans l'année, à compter du jour où ils ont pu en faire la demande ; tous les autres ne peuvent y être envoyés que dans les cent jours.

11. Lorsque ceux qui y ont droit ne se sont pas présentés dans le délai qui leur est prescrit, on le défère au degré subséquent, comme s'il n'existait aucun parent du degré supérieur, et ainsi de degré en degré jusqu'au septième.

12. Ceux auxquels il n'appartient de succéder qu'en vertu de l'édit particulier, peuvent être envoyés en possession, non comme héritiers, mais comme en tenant la place de l'autorité du préteur. C'est alors pour cela que, soit qu'ils agissent, soit qu'on agisse contre eux, l'un ou l'autre ne peut avoir lieu que par actions qui les supposent héritiers.

13. L'envoi en possession est pur et simple ou effectif. Il est effectif, si celui qui est envoyé en possession retient effectivement la jouissance des biens ; il est pur et simple, lorsque la jouissance des biens appartient de droit civil à un autre. Ainsi il n'y a lieu qu'à envoi en possession pur et simple, lorsque c'est l'héritier légitime qui en a le droit ; parce que celui-ci peut de droit légitime revendiquer la jouissance des biens.

## TITRE XXIX.

*Des Biens des affranchis.*

1. LA loi des douze tables défert au patron la succession de l'affranchi, citoyen Romain, mort *ab intestat* et sans enfans. Soit qu'il meure sans testament et ne laissant point d'héritier, soit que mourant sans testament il laisse, non un héritier naturel, mais sa femme, supposé celle qu'il avait pu épouser, ou un fils adoptif, la loi n'accorde rien au patron; mais, selon l'édit du préteur, soit que l'affranchi n'ait rien laissé de ses biens à son patron par son testament, ou qu'il lui en ait laissé moins que la moitié, celui-ci est envoyé en possession de cette moitié, contre la teneur du testament, à moins qu'il ne laisse un successeur de ses enfans naturels. Si n'ayant pas fait de testament, il laisse la femme qu'il avait pu épouser, ou un fils adoptif, son patron n'en est pas moins envoyé en possession de la moitié de ses biens.

2. Les droits du patron sur les biens de son affranchie ne résultent pas de cet édit; aussi lorsqu'elle meure *ab intestat* (sans testament), tout son bien appartient dans tous les cas à son patron.

3. Quoique les enfans de l'affranchie ne soient pas les héritiers légitimes de leur mère, néanmoins la loi Papia Popéa lui fait obstacle. Si elle a eu quatre enfans depuis sa mise en liberté, elle a été affranchie de la tutelle de son patron. Cette loi, donnant dans ce cas le droit aux affranchies de tester sans y être autorisées par leur patron, ordonne que le patron ait autant de parts viriles dans la succession, qu'elle aura laissé d'enfans survivans.

4. Les enfans mâles du patron ont les mêmes droits sur les biens des parens de ses affranchis que ceux qu'il y avait lui-même. Les femmes ont, d'après la loi des douze tables, les mêmes droits que les enfans mâles des patrons.

5. La possession naturelle des biens d'un affranchi, soit qu'il ait testé ou non, n'appartient pas à leurs propres héritiers; mais s'il a acquis le droit attaché à l'existence

## TITULUS XXIX.

*De Bonis libertorum.*

§. 1. CIVIS Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decederit. Ideoque sive testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, et suus heres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor putæ quæ in manu fuit, vel adoptivus filius: lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto prætoris seu testamento libertus moriatur, et aut nihil, aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat: contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, sive intestato decedat, et uxorem fortè in manum vel adoptivum filium relinquat, æquè partis mediæ bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

§. 2. In bonis libertæ patrono nihil juris ex edicto datur. Itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet.

§. 3. Licet liberti sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, obstat patrono lex Papia Popea. Postea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit, et cum intulerit, jam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit ut pro numero liberorum libertæ superstium virilis pars patrono debeatur.

§. 4. Liberi patroni virilis sexus, eadem jura in bonis libertorum parentum suorum habent, quæ et ipse patronus. Feminae verò, ex lege quidem duodecim tabularum perinde jus habent, atque masculi patronorum liberi.

§. 5. Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis bonorum possessio eis non competit. Sed si jus trium liberorum

habuerunt, etiam hæc jura ex lege Papia Popæa nanciscuntur.

§. 6. Patronæ ex bonis libertorum illud jus tantum habeant, quod lex duodecim tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ libertinæ tribus, id juris dedit quod patronus habet ex edicto.

§. 7. Item liberis ingenuæ trium liberorum jure honoratæ eadem lex id jus dedit, quod ipsi patrono tribuit.

de trois enfans, alors ils en sont investis de l'autorité de la loi Papia Popæa.

6. Les patronnes d'affranchies n'ont eu long-tems aucun autre droit sur leurs biens que celui dont la loi des douze tables fait mention quant à elles; mais postérieurement la loi Papia a voulu que toute patronne de condition libre qui aurait deux enfans, ou affranchie qui en aurait trois, jouirait des mêmes droits que ceux accordés par l'édit aux patrons.

7. La même loi porte que la patronne de condition libre qui aura trois enfans, jouira de tous les droits du patron.

*FIN des Règles d'Ulpian.*